

CHAPITRE XLII.

Les chrétiens sont des citoyens plus utiles et de meilleure foi que les païens.

131. Sed alio quoque injuriarum titulo postulamus, et infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, ejusdem victus, habitus, instructus, ejusdem ad vitam necessitatis? Neque enim brachmanæ^a, aut Indorum gymnosophistæ sumus, silvicolæ, et exsules vitæ. Meminimus gratiam debere nos Deo, domino, creatori. Nullum fructum operum ejus repudiamus. Planè temperamus ne ultra modum, aut perperam utamur. Itaque non sinè foro, non sinè macello, non sinè balneis, tabernis, officiis, stabulis, nundinis vestris, cæterisque commerciis cohabitamus hoc sæculum. Navigamus et nos vobiscum, et vobiscum militamus^b, et rusticamur, et mercamur. Proinde miscemus artes, operas nostras publicamus^c usui vestro. Quomodo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio.

132. Sed si cæremonias tuas non frequento, attamen illà die homo sum. Non lavo sub noctem^d Saturnali-

^a Les brachmanes sont des prêtres de Brahma, divinité de l'Indoustan; les gymnosophistes, une secte de philosophes qui, comme les brahmines, font profession de mener une vie très-austère et très-mortifiée; ce qui les rend presque totalement étrangers aux choses de la vie. Les érudits se sont exercés sur leur compte. (Du grec γύμνος, nu, et σοφιστής, sectateur de la sagesse.)

^b Il était donc permis aux chrétiens de porter les armes, même au jugement de Tertullien.

^c *Publicare*, rendre public, mettre en commun, faire entrer dans le commerce, dans le domaine public.

^d *Sub noctem*, à l'entrée de la nuit, pour *sub nocte*, pendant la nuit, qui serait peut-être plus régulier, quoique on trouve des

bus^a, ne et noctem et diem perdam: attamen lavo et debitâ horâ et salubri, quæ mihi et calorem et sanguinem servet. Rigere et pallere post lavacrum mortuus possum^b. Non in publico Liberalibus^c discumbo, quod bestiariis supremam cœnantibus^d mos est: attamen ubiubi de copiis tuis cœno. Non emo capiti coronam; quid tuâ interest emptis nihilominus floribus quomodo utar? Puto gratius liberis, et solutis, et undique vagis. Sed et si in coronam coactis, nos coronam naribus novimus. Viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus; quæ tamen apud illos cœtus venditantur si desideravero, libentiùs de propriis locis sumam. Thura planè non emimus^e: si Arabiæ queruntur, scient Sabæi pluris et carioris suas merces christianis sepe-liendis profligari^f, quàm diis fumigandis.

133. Certè, inquitis, templorum vectigalia quotidie

exemples pour et contre. *Sub*: immédiatement après l'arrivée de la nuit.

^a *Saturnalibus*, aux saturnales, fêtes en l'honneur de Saturne. Les rôles y étaient intervertis pendant cinq ou sept jours, et les maîtres servaient leurs esclaves.

^b Il me suffira d'être glacé et pâle quand on m'aura lavé après ma mort.

^c *Liberalibus*, aux libérales, ou bacchanales, fêtes en l'honneur de Bacchus, appelé aussi *Liber*.

^d Les hommes destinés aux bêtes, appelés bestiaires, et qui devaient combattre contre elles, soupaient copieusement la veille aux frais du public et en public.

^e *Thura non emimus*. Les chrétiens n'achetaient pas d'encens à cette époque, bien que les Juifs en aient toujours fait usage, parce que les païens en auraient tiré de fausses conjectures; mais ceci ne condamne point ce qu'on a fait depuis. Tout m'est permis, disait saint Paul, mais tout n'est pas expédient, en toute circonstance.

^f *Profligari*, prodiguer. On voit ici le soin, ou plutôt le culte des chrétiens pour les corps de leurs défunts qu'ils embaument à grands frais.

decoquant^a. Stipes quotusquisque jam jactat? Non enim sufficimus et hominibus, et diis vestris mendicantibus^b, opem ferre, nec putamus aliis quàm petentibus impertiendum. Denique porrigat manum Jupiter, et accipiat; eùm interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quàm vestra religio templatim. Sed cætera vectigalia gratias christianis agent ex fide dependentibus debitum, quâ alieno fraudando abstinemus, ut, si ineatur^c quantum vectigalibus pereat fraude et mendaciostrarum professionum^d, facile ratio haberi possit, unius speciei querelâ compensatâ pro commodo cæterarum rationum.

CHAPITRE XLIII.

Il n'y a que le crime qui n'ait rien à gagner avec les chrétiens : ils s'en abstiennent.

134. Planè confitebor, quinam, si fortè, verè de sterilitate christianorum conqueri possint. Primi erunt tum sicarii, magi; item aruspices, arioli, mathematici^e. His infructuosos esse magnus fructus est. Et tamen quodcumque dispendium est rei vestræ per hanc sectam, eum aliquo utique præsidio compensari^f potest. Quanti

^a *Decoquere*, diminuer, s'en aller, se fondre, disparaître. Cicéron, 2^e *Philipp.*, dit à Antoine : « Tenesne memoriâ, prætextatum » te decoxisse? » As-tu oublié qu'à quatorze ans tu avais déjà fait banqueroute? Columelle, liv. XII : « Quamvis interdum emendatum sit perperam factum..., res tamen ipsa jam domino de-coxit. »

^b *Diis mendicantibus*. On a vu, ch. XIII : *Circuit couponas religio mendicans*.

^c *Inire*, entreprendre de calculer, de supputer.

^d *Professiones*, les déclarations (*fateri pro*, avouer en présence).

^e On appelait autrefois mathématiciens ceux qui s'appliquaient aux sciences occultes, aux secrets basés sur des calculs arbitraires; c'étaient les astrologues d'alors.

^f *Cum aliquo... compensari*, compenser par quelque chose. La

habetis, non dico jam qui de vobis dæmonia excutiant, non dico jam qui pro vobis quoquè vero Deo preces sternant, sed a quibus nihil timere possitis?

CHAPITRE XLIV.

Les prisons regorgent de païens chargés de toutes sortes de crimes : le seul qu'on impute aux chrétiens, c'est leur nom.

135. At enim illud detrimentum reipublicæ tam grande quàm verum nemo circumspicit : illum injuriam civitatis nullus expendit, eùm tot justi impendimur, eùm tot innocentes erogamur^a. Vestros enim jam contestamur actus^b, qui quotidie judicandis custodiis^c præsidetis, qui sententiis elogia dispungitis^d. Tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur : quis illic sicarius, quis manticularius^e, quis sacrilegus, aut corruptor, aut lavantium^f prædo, idem etiam christianus adscribitur? aut eùm christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? De vestris semper æstuat

préposition est répétée. Cicéron a dit : « Compensabatur eum » tantis doloribus lætitiâ. »

^a On dépense beaucoup de chrétiens, on les sacrifie à tort et à travers (ou plutôt à tort et à travers).

^b *Actus*, les procédures, les actes.

^c *Custodiis*, les prisonniers, pour les prisons. Suétone, *Domit.* « Nec nisi secretò atque solus, plerasque custodias, receptis quidem » in manu catenis, audiebat. »

^d *Sententiis elogia dispungere*, infliger, par des sentences, diverses qualifications, comme de faussaire, d'assassin, etc. ; ou bien encore : élucider et discuter, puis juger les inculpations dont on charge les prévenus.

^e *Manticularius*, filou, qui prend les objets d'un usage ordinaire et qu'on porte à la main, sac, bourse, valise (dévaliseur).

^f *Lavantium*, des baigneurs, de ceux qui sont au bain. Dans les bains publics se trouvaient des filous qui s'offraient à garder les vêtements des baigneurs, et qui les gardaient si bien qu'ils ne les rendaient jamais.

carcer; de vèstris semper metalla suspirant^a; de vestris semper bestiaë saginantur; de vestris semper munerarii^b noxiorum greges pascunt. Nemo illic christianus, nisi hoc tantum; aut si et aliud, jam non christianus.

CHAPITRE XLV.

La vertu parfaite n'est connue et pratiquée que parmi les chrétiens.

136. Nos ergò soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enim verò necesse est. Innocentiam a Deo edocti et perfectè eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab in contemptibili dispectore^c mandatam. Vobis autem humana æstimatio^d innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit. Inde nec plenæ, nec adeò timendæ estis disciplina ad innocentiaë veritatem. Quanta est prudentia hominis ad demonstrandum quid verè bonum? Quanta auctoritas ad exigendum? Tam illa falli facilis^e, quàm ista contemni.

137. Atque adeò, quid plenius dictum est: *Non occides*; an verò, *Ne irascaris quidem*? Quid perfectius pro-

^a Les prisons regorgent, débordent comme un vase trop rempli par un liquide en ébullition; les mines retentissent, soupirent et gémissent des gémisséments de ceux qui y sont condamnés.

^b *Munerarii*, ceux qui donnaient au peuple les spectacles appelés *munera*, spectacles gratuits.

^c On se rappelle le *palàm dispicere*, du premier chapitre: examineur, juge, inquisiteur. Il ne paraît pas que les auteurs connus aient employé l'adjectif *in contemptibilis*, quoiqu'ils aient employé *contemptibilis*.

^d *Æstimatio*, une simple opinion, conjecture, supposition.

^e *Falli facilis*, facile à tromper, à être trompé. Aulu-Gelle, liv. xvii, ch. 9, a dit: « Litteræ coalescentes epistolam facilem » legi præstabant. » Tacite: « Facilis corrumpi »

hibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria concupiscentia arcere^a? Quid eruditius de maleficio, an et de maleloquio interdicere^b? Quid instructius injuriam non permittere, an nec vicem injuriæ sinere? Dum tamen sciatis ipsas leges quoquè vestras, quæ videntur ad innocentiam pergere, de divina lege, ut antiquiore, formam mutuatas. Diximus jam de Mosis ætate.

138. Sed quanta auctoritas legum humanarum! cum illas et evadere homini contingat, plerumquè in admissis delitescenti, et aliquando contemnerè, ex voluntate vel necessitate^c delinquenti; recogitata etiam brevitate supplicii cujuslibet, non tamen ultra mortem remansuri^d. Sic et Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat^e, modicum quidem contemptibilem pronuntiando, magnum verò, non diuturnum. Enim verò nos, qui sub Deo, omnium speculatore, dispungimur, quique æternam ab eo pœnam providemus, meritò soli innocentiaë occurrimus, et pro scientiaë plenitudine, et pro latebrarum difficultate, et pro magnitudine cruciatùs, non diu-

^a Notre Seigneur, le législateur de l'humanité, a dit: « Omnis » qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus » est eam in corde suo. » (Matth. v, 28.) Et son disciple de prédilection, le plus intelligent de tous en cette matière, écrivait aussi: « Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt... Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ; quæ non est ex Patre. » (I Joan. ii, 15, 16.)

^b *De maleloquio interdicere*, interdire la médisance; porter un interdit, faire une défense, sur, touchant, concernant. *Maleloquium*, nom composé à la manière des Grecs, comme *Maleficio*, etc.

^c *Ex necessitate*, malgré soi, poussé par une passion mal réprimée, ou bien quand il se trouve deux lois humaines, ou une loi humaine et une loi divine en opposition.

^d *Remansuri*, comme *permansuri*; devant subsister, durer, se continuer.

^e *Depretiat*, déprécie, méprise et dédaigne.

turni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debebit et ipse qui timentes judicat; Deum, non proconsulem timentes^a.

CHAPITRE XLVI.

La doctrine et la vertu des chrétiens bien supérieures à celles des philosophes. Opposition entre les uns et les autres. La liberté de la parole devrait leur être départie au moins dans une égale proportion.

139. Constitimus^b, ut opinior, adversus omnium criminum intimationem, quæ christianorum sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum et quibus modis probare possimus ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet et antiquitate divinarum litterarum; item ex confessione spiritalium potestatum. Qui nos revincere audebit, non arte verborum, sed eadem formâ, quâ probationem constituimus, de veritate debebit reniti^c.

140. Sed interim incredulitas, dum de bono sectæ hujus obducitur^d, quod usu jam et de commercio innotuit, non utique divinum negotium existimat, sed magis philosophiæ genus. Eadem, inquit, et philosophi monent atque profitentur: innocentiam, justitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus com-

^a Cet alinéa semble avoir été écrit hier; il prouve qu'il n'y a pas d'honnête homme sans religion.

^b *Constare*, faire face, tenir tête, répondre, se défendre, soutenir.

^c Heureusement le catholicisme n'a pas rencontré encore jusqu'ici un adversaire loyal et sérieux, qui ne se soit rendu, au bout de quelque temps; les autres étaient des hommes passionnés et à ceux-là rien n'est capable de faire avouer leur défaite. On ne peut que prier pour eux.

^d *Obduci*, être circonvenu, enveloppé, avoir les issues fermées; pouvoir s'échapper, ni répondre; avoir la bouche close.

paramur de disciplina, proinde non adæquamur ad licentiam impunitatemque disciplinæ^a? vel cur et illi, ut pares nostri, non urgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare, aut dejerare, aut lucernas meridie vanas prostituere compellit? Quinimo et deos vestros palàm destruant, et superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis. Plerique etiam in principes latrant, sustinentibus vobis, et facilius stautis et salariis^b remunerantur, quàm ab bestias pronuntiantur; sed meritò: philosophi enim, non christiani cognominantur. Nomen hoc philosophorum dæmonia non fugat^c. Quidni? cum secundum deos philosophi dæmonas deputent^d. Socratis vox est: *Si dæmonium permittat*. Idem et cum aliquid de veritate sapiebat, deos negans, Esculapio tamen gallinaceum prosecari jam in fine jubebat: credo ob honorem patris ejus^e, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum! sapientiæ testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse.

^a Ces observations ne s'appliquent pas seulement au siècle de Tertullien, elles s'appliquent à tous les siècles. Le christianisme ne change pas, il est toujours l'amour, la vérité et la vertu; son adversaire ne change pas non plus; c'est toujours la haine, le mensonge et le vice. La guerre commencée se continue perpétuellement d'après la même et invariable tactique. Les enfants de la vérité sont les parias du genre humain.

^b *Salariis*, des salaires, des traitements rémunérateurs.

^c Il y aurait de la cruauté à supposer ici, comme possible, l'ombre même d'une allusion, je ne dis pas aux sectes chrétiennes, mais à l'école soi-disant philosophique de notre siècle. Elle ne croit pas aux anges ni aux démons.

^d *Secundum deos deputare*, placer au second rang après les dieux. Cicéron: «*Secundum Ciceronem est oratorum facile prius ceps.*»

^e *Patris ejus*. Esculape était fils d'Apollon, ou même c'était Apollon sous un autre nom. Cf. ci-dessus, ch. xxxi.

141. In quantum odium flagrat veritas, intantum qui eam ex fide præstat, offendit. Qui autem adulterat, hoc maxime nomine gratiam pangit^a apud insectatores veritatis. Philosophi affectant veritatem, et affectando cõrumpunt, ut qui gloriam captant. Christiani et necessariò appetunt, et integrè præstant, ut qui salutis suæ curant^b. Adeò neque de scientia, neque de disciplina, ut putatis, æquamur.

142. Quid enim Thales, ille princeps physicorum, seiscitanti Cræso de divinitate certum renuntiavit, comæatus^c deliberandi sæpè frustratus? Denique quilibet opifex christianus et invenit, et ostendit^d; et exinde totum, quod in Deo quæritur, re quoque assignat: licet Plato affirmet factitorem universitatis, neque inveniri facilem, et inventum enarrari in omnes difficilem.

143. Cæterum, si de probitate defendam, ecce, humilientis pedibus; Diogenes superbos Platonis toros alià superbiâ deculcat: christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thurios^e, Zenon apud Prienses^f tyrannidem affectant: christianus verò nec ædilitatem^g. Si de animi æquitate congre-

^a *Gratiam pangere*, implanter son crédit, l'affermir, s'insinuer dans les bonnes grâces.

^b *Saluti suæ curant*, ils veillent à leur salut. L'emploi de *curare* avec le datif n'est pas rare. « Usque adeò rebus meis curat. » *Paucis hominibus curat.* (Cicéron et Plaute.)

^c *Comæatus*, délais pour délibérer, et qu'il étudait toujours.

^d Cela est encore parfaitement vrai; le plus pauvre ouvrier chrétien connaît Dieu, mieux que tous les philosophes.

^e *Thurios*, les Thuriens, habitants de Thurium, ville de la grande Grèce, ou Italie méridionale.

^f *Prienses*, les Priéniens, habitants de Priène, en Ionie, dans l'Asie mineure.

^g *Ædilitatem*, l'édilité; un des derniers emplois de la république, qui consistait à pourvoir à l'entretien matériel et aux réparations à faire aux temples (*ædes*).

diar, Lycurgus apocarteresin^a optavit, quòd leges ejus Lacones emendassent: christianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem, Anaxagoras depositum denegavit hospitibus^b: christianus et extrà fidelis^c vocatur. Si de simplicitate consistam, Aristoteles familiarem suum Hermiam^d turpiter loco excedere fecit: christianus nec inimicum suum lædit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro, regendo potiùs, adulatur, quàm Plato Dionysio, ventris gratiâ, venditur; Aristippus, in purpura, sub magna gravitatis superficie, nepotatur^e, et Hippas^f, dum civitati insidias disponit, occiditur: hoc, pro suis omni atrocitate dissipatis^g, nemo unquam tentavit christianus.

^a Ἀποκαρτέρειν, mort d'inanition volontaire. Cf. ci-dessus, ch. iv.

^b Nous n'avons point trouvé ailleurs cette inculpation contre Anaxagore, qui vivait 500 ans avant Jésus-Christ.

^c Les païens même, ceux du dehors (*extrà*) appelaient les chrétiens du nom de fidèles, qui leur est resté, et parce qu'en effet ils doivent être fidèles et probes, et parce qu'ils ont la foi pour lien commun.

^d Hermias, souverain d'Atarne, en Mysie, mis à mort par ordre d'Artaxercès Ochus, probablement par les intrigues d'Aristote, qui épousa la sœur de sa victime, et composa un hymne pour célébrer les vertus d'Hermias. Voyez *Athénée*, liv. xv, ch. 16. Ainsi payait-il l'hospitalité que ce prince lui avait accordée. Tertullien ne dit pas tout cela: il semble dire seulement qu'Aristote fit détrôner Hermias; mais d'autres éditions et surtout d'autres historiens en disent davantage.

^e *Nepotari*, vivre comme un oncle aux dépens de ses neveux, prodigier follement, mener une vie débauchée.

^f On ne sait quel est cet Hippas. Au reste, pour tous ces personnages, on peut voir Plutarque et Diogène Laërce.

^g *Dissipare aliquem atrocitate*, accabler quelqu'un de mauvais traitements. Et, en parlant de plusieurs, peut-être, les disséminer, les éviter. Cicéron, *Cælio*, lib. II: « Multi occisi, multi capti, re- » liqui dissoluti. » *Pro lege Manil.*: « Ut ex eodem Ponto Medea illa » quondam profugisse dicitur; quam prædicant, in fuga, fratris » sui membra in his locis, quæ se parens persequeretur, dissipa- » visse. »

CHAPITRE XLVII.

Tout ce qu'il y a de vrai et de juste dans la philosophie païenne est un emprunt fait à nos Ecritures. Les philosophes patriarches des hérétiques.

144. Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam a regula disciplinæ. Desinunt tamen christiani haberi penès nos. Philosophi verò illi, cum talibus factis, in nomine et in honore sapientiæ perseverant apud vos. Atque adeò, quid simile philosophus et christianus, Græciæ discipulus et cœli, famæ negotiator et salutis^d, verborum et factorum operator, idolorum ædificator et destructor, amicus et inimicus, interpolator erroris et integrator veritatis, furator ejus et custos?

145. Antiquior omnibus veritas, ni fallor. Et ad hoc mihi proficit antiquitas præstructa divinæ litteraturæ, quò facilè credatur thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiæ. Et si non onus jam voluminis temperarem^b, excurrerem in hanc quoquè probationem. Quis poetarum, quis sophistarum, qui non de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur et philosophi sitim ingenii sui rigaverunt. Nam quia quædam de nostris habent, ea propter^c nos comparant illis. Inde, opinor, et a quibusdam philosophia legibus quoquè ejecta est, a Thebanis dico, a Spartiatis et Argivis. Dum ad nostra conantur^d,

^a Négociant de renommée! que cela est beau, c'est-à-dire que cela est vrai!

^b *Temperare onus voluminis*, modérer, tempérer, diminuer, limiter le poids du volume, la masse de l'ouvrage.

^c *Ea propter*, à cause de ces choses, comme on dit *quapropter* et *propterea*.

^d Les philosophes prétendaient s'élever à la hauteur, à la majesté de nos Ecritures et de nos enseignements.

et homines gloriæ, ut diximus, et eloquentiæ solius libidinosi, si quid in sanctis offenderunt digestis^a, exinde regestum^b pro instituto curiositatis ad propria verterunt; neque satis credentes divina esse, quò minùs interpolarent, neque satis intelligentes ut adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Judæis obumbrata, quorum propria videbantur.

146. Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eò magis scrupulositas^c humana, fidem aspernata, mutabat^d, per quod in incertum miscuerunt etiam quod invenerant certum. Inventum enim solummodo Deum, non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate, et de natura ejus, et de sede disceptent. Alii incorporalem asseverant, alii corporalem, quæ^e Platonici et Stoici; alii ex atomis, alii ex numeris, quæ^e Epicurus et Pythagoras; alii exigne, quæ Heraclito^f visum est. Et Platonici quidem cu-

^a *Digesta*, livres de lois, directifs de la conduite. Il a fallu que ce mot parût bien juste, puisqu'on l'a adopté comme exprimant le recueil des lois romaines. Virgile a employé le verbe *digerere* dans le sens de composer un ouvrage :

Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
(*Énéide*, III, 445.)

^d Et dans le sens d'interpréter :

..... Ita digere omnia Chalchas.
(II, 182.)

^b *Regestum*, rapporté, transcrit. « Sunt enim velut res regestæ » in hos commentarios, quos puer deduxerat scholâ, » dit un lexicographe.

^c *Scrupulositas*, l'exactitude minutieuse, pointilleuse. Columelle a employé ce mot : « In hac ruris disciplina non desideratur ejusmodi scrupulositas. » (L. XI, ch. I.)

^d Des éditions portent *mutabat*.

^e *Quæ*, en tant que, en qualité de. Nous avons déjà vu le mot de Sénèque : « Hominem quippe, quæ animal est, moveri oportet.

^f Héraclite, d'Ephèse, de l'école d'Ionie, surnommé l'obscur (*σκότιος*). C'est le type du pessimisme, comme Démocrite le fut de l'optimisme. Pour l'un tout est très-mal, pour l'autre tout est très-

rantem rerum ; contra Epicurei otiosum et inexerciceum, et, ut ita dixerim, neminem^a humanis rebus ; positum verò extra mundum Stoici, qui, figuli modo, extrinsecus torqueat^b molem hanc ; intra mundum Platonici, qui, gubernatoris exemplo, intra illud maneat quod regat. Sic et de ipso mundo, natus innatusve^c sit, decessurus mansurusve sit, variant. Sic et de animæ statu, quam alii divinam et æternam, alii dissolubilem contendunt ; ut quis sensit, ita et intulit, aut reformavit.

147. Nec mirum si vetus instrumentum^d ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine^e etiam nostram hanc novitiolam paraturam^f viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt, et de una via obliquos multos, et inexplicabiles tramites sciderunt. Quod ideo suggesserim, ne cui nota varietas sectæ hujus^g, in hoc quoquè nos philosophis adæquare videatur, et ex varietate defensionum judicet veritatem^h.

bien. C'est un excès d'un côté comme de l'autre. Il vivait vers l'an 500 avant Jésus-Christ.

^a *Neminem*, nul ; expression pleine de force et d'énergie, qu'on ne trouve point, que je sache, dans d'autres auteurs.

^b Tourne.

^c *Innatus*, éternel ; *non-natus*, par opposition à *natus*, qui a eu un commencement.

^d L'ancien Testament.

^e *Ex horum semine*, de leurs descendants, de leurs disciples, de leur race. Les philosophes, comme le répète souvent Tertullien, sont les patriarches, les pères des hérétiques.

^f *Novitiola paratura*, toute récente et toute petite acquisition ; le Nouveau Testament, notre petite richesse, notre petit bagage de doctrine, notre petit trésor.

^g De peur que cette variété connue, au sein du christianisme.

^h Cet avis est bon pour tous les temps. S'il y a divergence sur des opinions libres, rien de plus naturel, et elles n'empêchent pas l'unité ; si c'est sur des points définis, l'Eglise demeure dans son droit, et ceux qui s'en séparent se constituent dans le faux. Mieux vaudrait lire : *et ex varietate, defectionem vindicet veritatis*.

148 Expeditè^a autem præscribimus adulteris nostris^b, illam esse regulam veritatis, quæ veniat à Christo, transmissa per comites ipsius, quibus aliquantò posteriores diversi isti commentatores probabuntur. Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt^c, operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab iis adulteria hujusmodi salutaris disciplinæ subornata ; ab his quædam etiam fabulæ immissæ, quæ, de similitudine, fidem infirmarent veritatis, vel eam sibi potiùs evincerent, ut quis ideo non putet christianis credendum, quia nec poetis nec philosophis ; vel ideo magis poetis et philosophis existimet credendum, quia non christianis. Itaque ridemur^d Deum prædicantes judicatorum ; sic enim et poætæ et philosophi tribunal apud inferos ponunt ; et gehennam si comminemur, quæ est ignis arcani sub terra^e ad pœnam thesaurus, proinde decachinnamur ; sic enim et Pyriphlegeton apud mortuos amnis est ; et si paradisum nominemus, locum divinæ amœnitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceriâ quædam igneæ illius zonæ a notitia orbis communis segregatum^f, Elysii campi fidem occupaverunt. Unde hæc, oro vos, philosophis aut poetis tam consimilia ? non nisi de nostris sacramentis. Si de nostris

^a Avec raison.

^b *Præscribere*, opposer une prescription, un fait. *Adulteris nostris*, aux corrupteurs dont nous parlons, à ceux qui altèrent nos enseignements.

^c « L'erreur, dit Bossuet, est une vérité dont on abuse. »

^d *Ridemur*, on rit de nous. Tout-à-l'heure on va éclater. Mais il y a un mot dans l'Evangile : « Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis ! » (Luc. vi, 25.)

^e Il serait difficile à la science et à l'érudition de placer l'enfer ailleurs qu'au centre de notre globe.

^f Qu'est-ce que cette ceinture de feu qui sépare notre globe du paradis ? Serait-ce le purgatoire ?

sacramentis, ut de prioribus, ergò fideliora sunt nostra magisque credenda, quorum imagines quoquè fidem inveniunt; si de suis sensibus, jam ergò sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non sustinet. Nunquam enim corpus umbra, aut veritatem imago præcedit^a.

CHAPITRE XLVIII.

La résurrection des corps et le jugement dernier, fondés sur la justice et la puissance de Dieu.

149. Age jam, si qui philosophus affirmet, ut ait Laberius^b de sententia Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii virtute distorterit; nonne consensum movebit, et fidem infiget, etiam ab animalibus abstinendi? Proptereaque persuasum quis habeat, ne fortè bubulam de aliquo præavo suo obsonet^c? At enim christianus, si de homine hominem, ipsumque de Caio Caium reducem repromittat, lapidibus magis, nec saltem cæstibus^d, a populo exigetur^e. Si quæcumque ratio præest animarum humanarum recipiendarum^f in corpora, cur non in

^a Voilà encore la place emportée une fois, par une raison bien simple et prise dans l'ordre naturel et physique.

^b Laberius, poète mimographe romain, 44 ans avant Jésus-Christ.

^c *Obsonare bubulam*, faire sa provision de bœuf; sou:entendu *carne*. Plaute a dit: « Argento ne parcito, obsonato ampliter; ou plutôt, *opsonato*, du grec ὀψώνιον. Et encore: « Tene marsu- » pium, abi, atque opsona, propera. »

^d *Cæstibus*, le ceste, le gantelet garni de plomb et attaché avec des lanières, dont les athlètes armaient leurs mains (de *cædere*, frapper).

^e *Exigi lapidibus*, être puni par la lapidation, être poursuivi à coups de pierres. (*Extra agi*.)

^f *Reciprocare*, renvoyer, faire revenir, rentrer. « Cùm jam

eandem substantiam redeant, cùm hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Jam non ipsæ sunt quæ fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant.

150. Multis etiam jocos et otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire^a, quis in quam bestiam reformari videretur. Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multò utique dignius credi hominem ex homine rediturum, quemlibet pro quolibet, dum hominem; ut eadem qualitas animæ in eandem restauretur conditionem, etsi non effigiem. Certè quia ratio restitutionis destinatio^b judicii est, necessariò idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti judicium a Deo referat. Ideoque repræsentabuntur^c et corpora; quia neque pati quicquam potest anima sola sinè materia stabili, id est carne^d; et quod omninò de judicio Dei pati debent animæ, non sinè carne meruerunt, intra quam omnia egerunt.

151. Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? — Considera temetipsum, ô homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam esses: utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergò nihil

» spiritum includeret ventus, nec recipere animam (respirer) » sineret, aversi à vento parumper consedère. » (Tite-Live, 1^{re} guerre Punique.)

^a *Lascivire ad hanc partem*, nous échapper de ce côté, plaisanter sur cette question: Quel est celui qui se change en telle bête; qui semble, ou qui souhaite se changer...?

^b *Destinatio*, but ou reddition.

^c *Repræsentari*, être rendu présent, rétabli, reconstitué. « Ita » que villicus curabit ut juxtà reddantur; istaque non agrè conse- » quetur, si semper se repræsentaverit. » (Colum. xi, 1.)

^d On comprendra facilement que cette proposition est une erreur. « Du reste, Tertullien, dit l'abbé de Gourey, se réfute lui-même, établit et soutient fortement la saine doctrine sur ce » point, dans les livres postérieurs *De l'Âme* (chapitre dernier; et » *De la Résurrection de la chair* (ch. xvii). »

fueras, prinsquàm esses, idem, nihil factus cùm esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo, ejusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; cùm iterum non eris, fies. Redde, si potes, rationem quâ factus es, et tunc require quâ fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia æquè non difficile factus es, quod nunquam fûisti aliquando.

152. Dubitabitur, credo, de^a Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat, non minùs quàm de morte vacationis et inanitatis, composuit animatum spiritu omnium animatore^b. Signatum et per ipsum^c humanæ resurrectionis exemplum in testimonium vobis. Lux quotidie interfecta respundet, et tenebræ pari vice decedendo succedunt. Sidera defuncta^d reviviscunt. Tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus consumuntur et redeunt. Certè semina, non nisi corrupta et dissoluta, fecundiùs surgunt. Omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen^e, si

^a *Dubitare de*, douter de. Cicéron, *Epist.*, lib. x : « Nam de tuâ ergâ me voluntate non dubitant. »

^b *Omnium animatore*, le vivificateur de toutes choses. D'autres éditions ajoutent *animarum*, vivificateur de toutes les âmes. Quoi qu'il en soit, le texte n'offre pas une doctrine assez précise. La pensée paraît être celle-ci : Dieu semblait travailler comme sur la mort, en travaillant sur le néant aride et infécond, pour en tirer et construire ce monde, où tout vit et respire en quelque sorte, puisque l'être c'est la vie. *Vacationis*, comme *vacuitatis*, le vide et l'absence de l'être. *Inanitas*, le néant.

^c *Signatum et per ipsum*, il a aussi été tracé par lui...

^d *Defunctus*, éteint, mort, disparu.

^e *Tantum nomen*, nom si grand, être si noble, si sublime. Le nom est l'expression d'un être, d'un objet, d'une vérité ou d'un fait. Horace a dit :

Multi Lydia nominis.
(Liv. III, *Od.* 9.)

Et Virgile : *

..... Et nos aliquod nomenque decusque.
(*Enéide*, II, 89.)

intelligas te, vel de titulo Pythiæ discens^a; dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris ut pereas? Ubi cumque resolutus fueris, quæcumque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum proderit, reddet te. Ejus est nihilum ipsum, cujus et totum.

153. Ergò, inquit, semper moriendum erit, et semper resurgendum? Si ita rerum dominus destinasset, ingratissimè experireris conditionis tuæ legem. At nunc non aliter destinavit quàm prædicavit. Quæ ratio^b universitatem ex diversitate composuit, ut omnia ex æmulis substantiis sub unitate constarent, ex vacuo et solido, ex animali et inanimati, ex comprehensibili et incomprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et morte; eadem ævum quoquè ita destinata ac distincta conditione conseruit, ut prima hæc pars, ab exordio rerum, quam incolimus, temporali ætate ad finem defluat; sequens verò, quam exspectamus, in infinitam æternitatem propagetur.

154. Cum ergò finis et limes medius, qui interhiat, adfuerit, ut etiam mundi ipsius species^c transferatur æquè temporalis, quæ illi dispositioni æternitatis, aulæ vice^d, oppansa est; tunc restituetur omne humanum genus, ad expungendum quod in isto ævo boni seu mali meruit, et exin dependendum in immensam æternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors jam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus iidem qui nunc, nec alii

^a *Titulus Pythiæ*, l'inscription du temple d'Apollon Pythien : « Connais-toi toi-même; » ἴσθι σεαυτόν.

^b *Ratio*, raison, sagesse, intelligence. La même sagesse qui...

^c *Species*, la figure, l'extérieur, l'apparence, la forme, la scène, le spectacle, le tableau.

^d *Aulæ vice*, en guise de rideau. Déjà nous avons cité Horace, qui dit :

Si plausoris eges aulea manentis, et usque
Sessuri donec, cantor, Vos plaudite, dicat.

(*Ari. poët.* 454.)

post : Dei quidem cultores apud Deum semper, superinduti substantiâ propriâ æternitatis^a; profani verò, et qui non integri ad Deum^b, in pœnam æquè jugis ignis, habentes ex ipsa natura ejus, divina scilicet, subministrationem incorruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem areani et publici^c ignis. Ita longè alius est qui usui humano, alius qui judicio Dei apparet^d, sive de cœlo fulmina stringens^e, sive de terra per vertices montium eructans : non enim absunit quod exurit, sed dum erogat, reparat. Adèò manent montes semper ardentés; et qui de cœlo tangitur, salvus est, ut nullo jam igni decinerescat^f. Et hoc erit testimonium ignis æterni; hoc exemplum jugis judicii pœnam nutrientis. Montes uruntur^g, et durant. Quid nocentes, et Dei hostes?

^a *Substantiâ propriâ æternitatis*, la substance propre de l'éternité, que l'éternité seule, que l'autre vie seule peut donner, et qui rend à jamais inaccessible à la corruption. Ce n'est là qu'une image, une expression allégorique et figurée des choses futures.

^b *Integri ad Deum*, irréprochables devant Dieu.

^c *Publicus*, ordinaire et commun. (*Populicus*, du peuple.) Ovide a dit :

..... Sermonis publica verba placent.

La politesse d'usage est agréable.

^d *Apparere*, apparoir, faire l'office d'appariteur, d'huissier; servir, exécuter la sentence de quelqu'un. Aulu-Gelle, liv. vi, ch. ix, dit : « Flavius ædili curuli apparebat quo tempore ædiles subrogantur. »

^e *Fulmina stringens*, brandissant ses foudres, dardant, lançant ses traits. Virgile a souvent employé ce mot.

^f « Il était défendu par les lois romaines, dit l'abbé de Gourcy, de brûler les corps de ceux qui avaient été tués par le tonnerre. » *Hominem*, dit Pline, *ita examinatum cremari fas non est : conditerra religio tradidit.* » (*Hist. nat.*, liv. ii, ch. 33.)

^g Nous avons déjà fait observer que la physique, du temps de Tertullien, n'avait pas fait beaucoup de progrès, et d'ailleurs sa pensée peut être bien interprétée. En tout cas, son raisonnement conserve toute sa force.

CHAPITRE XLIX.

Le dogme chrétien rend l'homme meilleur. Singulier triomphe. Inconséquence des païens.

155. Hæc sunt quæ in nobis solis præsumptiones vocantur, in philosophis et poetis summæ scientiæ et insignia ingenia^a. Illi prudentes, nos inepti; illi honorandi, nos irridendi; imò eò ampliùs et puniendi.

Falsa nunc sint quæ tuemur et meritò præsumptiones, attamen necessaria; inepta, attamen utilia : siquidem meliores fieri coguntur, qui eis credunt, metu æterni supplicii, et spe æterni refrigerii^b. Itaque non expedit falsa dici, nec inepta haberi, quæ expedit vera præsumi. Nullo titulo damnari licet omnino quæ prosunt. In vobis itaque præsumptio est hæc ipsa, quæ damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt : certè et si falsa et inepta, nulli tamen noxia; nam et multis aliis similia, quibus nullas pœnas irrogatis^c, vanis et fabulosis, inaccusatis et impunitis ut innoxiiis. Sed in ejusmodi errores, si utique irrisu judicandum est, non gladiis, et ignibus, et crucibus, et bestiis.

156. De quâ iniquitate sævitæ non modò cæcum hoc vulgus exsultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur, quasi non totum, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium.

^a *Ingenia*, des découvertes heureuses, des traits remarquables de génie.

^b *Refrigerium*, rafraîchissement, soulagement, consolation, bonheur.

^c *Pœnas irrogare*, infliger des châtements; proprement : rogare à populo ut decernat pœnas in aliquem.

Certè, si velim, christianus sum : tunc ergò me damnabis, si damnari velim. Cùm verò quod in me potes, nisi velim, non potes, jam meæ voluntatis est quod potes, non tuæ potestatis. Proinde et vulgus vanè de nostra vexatione gaudet^a : proinde enim nostrum est gaudium quod sibi vindicat, qui malumus damnari, quàm a Deo excidere. Contrà illi qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, consecutis nobis quod elegimus.

CHAPITRE L.

Courage inébranlable des chrétiens. Leur exemple, plus éloquent que tous les discours des rhéteurs et des philosophes. Leur sang répandu fait germer de nouveaux chrétiens.

157. Ergò, inquitis, cur querimini quòd vos insequamur, si pati vultis, cùm diligere debeatis per quos patimini quod vultis? — Planè volumus pati; verùm eo more quo et bellum nemo quidem libens patitur, cùm et trepidare et periclitari sit necesse. Tamen et præliatur omaibus viribus, et vincens in prælio gaudet, qui de prælio querebatur, quia et gloriam consequitur et prædam. Prælium est nobis, quòd provocamur ad tribunalia, ut illie sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem, pro quo certaveris, obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi Deo, et prædam vivendi in æternum. Sed obducimur^b; certè cùm obtinuimus : ergò vincimus

^a *Gaudere de*, se réjouir de, prendre plaisir à. Nous n'avons pas trouvé d'exemple semblable dans les auteurs, et cependant nous croyons pouvoir dire que la préposition est ici fort utile, sinon essentielle.

^b *Obducimur*, nous succombons; oui, mais seulement après que nous avons obtenu la palme. « Tertullien, dit encore l'abbé de

cùm occidimur, denique evadimus cùm obducimur. Licet nunc sarmentitios et semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur^a. Hic est habitus victoriæ nostræ; hæc palmata vestis; tali curru triumphamus. Meritò itaque victis non placemus; propterea enim desperati et perditii existimamur.

158. Sed hæc desperatio et perditio penès vos, in causa gloriæ et famæ, vexillum virtutis extollunt. Mutius^b dexteram suam libens in ara reliquit : ô sublimitas animi ! Empedocles totum sese Catanensium Ætnæis incendiis donavit : ô vigor mentis ! Aliqua Carthaginis conditrix^c rogo secundum matrimonium dedit : ô præconium castitatis ! Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur : ô virum fortem, et in captivitate victorem ! Anaxarchus cùm, in exemplum ptisanæ, pilo contunderetur^d : *Tunde, tunde*, aiebat, *Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis* ; ô philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam jo-

^a Courcy. fait un grand usage du verbe *obduci*. Par le rapprochement de différents passages, on voit qu'il lui donne deux significations particulières : l'une, comme ici, d'être détruit, de mourir; l'autre, plus ordinairement, d'être convaincu, réfuté; par exemple, au chapitre XLVI de cet ouvrage : *Dum de bono sectæ hujus obducitur.*

^b On attachait parfois les chrétiens à des demi-roues de fer ou de bois, et on les entourait de sarments de vigne, auxquels on mettait le feu. De là le nom de *sarmentitii*, et de *semaxii* (*semi-axis*).

^c Mucius Scévola, dans le camp de Porsenna, roi des Etrusques.

^d Didon, phénicienne, ou pénicienne, d'où le mot *Pœni*, les Carthaginois, ou Phéniciens (*Φείνεξ*).

^e On broyait Anaxarque dans un pilon, comme de l'orge, et il prétendait, lui, qu'on ne frappait que le réceptacle de son âme, le fourreau de son esprit, le soufflet par lequel il respirait. — On plaint ceux qui souffrent pour l'erreur, on déteste ceux qui souffrent pour la vérité !